

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae ierusalem M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnijis
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trinita Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Strenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



76 XXX

an 29

*Viadrinae*

ACADEMIÆ MATRI SUOS FILIOS

Edeliter educanti, ornanti

SACRUM;

*Quum*

RECTORE MAGNIFICO

GOTHOFREDO VVEIDNE-

RO Med. Doct. & Prof;

Publ.

*Vir Clariss: Opt: Max:*

JOHANNES SCHOSSERUS,

Artium MAGISTRUS, Rhetor; Prof: publ; Philoso-

phicæ Facultatis Senior, Octavum

Decanus,

*TRES juvenes*

*Micanti Doctrinae & morum flore*

*candicantes*

ADAMUM FORVVERCIUM

FRIDERICUM STRESONEM

ERNESTUM VVULSTORPIUM

Anhal-  
tinos

Philosophiæ crearet

MAGISTROS

*Non: Oct:*

*Anno M. DC XIX.*

*Typis*

*Johannis Eichborn.*





**H**ego iterum tollis natos Academia! Tollis  
Quos Titulis auctos vis magis esse Tuos!  
Vis magis esse Tuos Iuvenes, quibus altera  
Vita

Ordinis alterius Te Genitrice datur.

Palladios Iuvenes, studijs linguaq; animiq;

In laudem natos MATRIS ubiq; suae!

Sed quae est causa, Magos tantum tres premia docti

Exspectare novam laude Magisterij?

Premia, victrices Titulos, artisq; tropaea:

Premia non atrijs contaminanda manus.

Vidit & indoluit Phœbus sua munera sperni:

Credidit abscondi sub numeris numeros.

Vidit & indoluit Pallas, doliere sorores

Artibus insidias, Moriâ inerte, strui.

Ponite sed luctum; non est ignavia; Fastus

Non est, sed MATRIS mysticus est numerus.

Diligit exactos Iuvenes Academia; plures

Tres nisi perfectos dicere non potuit.

Sunt res tria, Tribus numerus concluditur OMNIS;

Inque tribus laus est tota Magisterij.

Principium Sophiam, mediū tenet omne Phronesin:

Etoquio finem Suada fidemq; facit.

Mens

Mens est in primo, Manus addita cauta secundo;  
Tertio inest Linguae docta Magistra probe.  
Quàm bene juncta Trias! Non quiret plenior orbis  
Abs te MATRE, tuo Collegioq; dari.  
Quàm bene juncta trias! Sub quâ fraus exulat omnis,  
Murmuris, invidia, disidiq; caput.  
Ergo tuo MATER numero gaude impare, Vosq;  
Felices nati, Philosophiq; viri  
Plaudite, virite, crescite, reddite munera MATRI:  
Atq; omnem punctum ferte Magisterii.

VVOLGANGUS CRELLIUS,  
D. & P. P. P.

---

Ad Ornatissimos Dn. Candidatos Epigram-  
ma fermè Persianum.

HEus quisquis paulum à turba esse ductior, audi,  
Non quisquis cidarim gestare & tēpora lauru  
Cingere jus nactus parnaside, protinus audit  
Aut si audit ritu, vera audit laude Magister,  
Sin studeat vitam discincti vivere natta,  
Et tremat omento popa venter, ab ore triental  
Non clava excutiat Tyrinthe, qui scelerum alto  
Demersus, summa bullire ignoret in unda.  
Hunc Cato Circeo mutatum Carmine, spurca

Proci sub forma stupeat, putentis & haræ  
Agnoscat bruchum, cui dudum insignia Phæbus  
Aurea detraxit, meritis servanda capillis.  
O curvas in abyssum animas, cælestium inanes!  
Ast hunc scintillans illustrat adorea, mentis  
Fruge Cleanthea, qui sevit gnavaus agellos,  
Qui novit justum gemina suspendere lance  
Ancipitis libræ: rectum discernere ubi inter  
Curva subit, vel cum fallit pede regula varo,  
Et potis est nigram vitio præfigere theta:  
Nec de his ad vulgus modò vociferatur ineptè  
Et stloppo tumidas intendit rumpere buccas:  
Sed cui scire aliud, fecisse aliudve suprema  
Religio est, qui, quæ novit, bene vivere novit.  
O rectas in cœlum animas, terrestrium inanes!  
Talis eris trinûm ter gratia trina Sororum  
Edita quos hodie doctrinæ in templa locavit  
Musarum Pater & monstrari iussit aperte  
Majestate manus, ut sint exempla sequentum  
Testenturq; suam quo Phæbus mactet honore  
Militiam, Quò sis, sed eris, libabit acerra  
Ut tacita Procerum, sic nostrum clarius omen.

M. TOBIAS MAGIRUS,  
Prof. Log.

Σύχλαμα.





## Aliud.

**I**N pejus ruere, ac retro referrè  
Fato nescio quo nimis sinistro  
Sublapsa omnia, plurimi queruntur.  
Mitto cetera Pedagogus. Ecce  
Quæ non publica pristinum nitorem  
Perdidit schola pristinumq; florem?  
Pro multis videas viros deesse,  
Qui rectè teneram erudire pubem  
Nòrint. Scilicet Eruditionis  
Ipsi artisq; rudes modestiaq;  
Expertes pietatis omnis ipsi  
Qui possint teneram secundiore  
Successu in studijs iuvare pubem?  
Sunt, quibus pia diligentiores  
Arte & moribus expolitiores  
Fata cum dederint Schola Magistros,  
Paucos invenias vacare Musis,  
Virtuti invenias vacare paucos?  
Vacuna videas vacare plures.  
Non talis schola nostra. Candidatos  
Diversis Academijs subinde  
Quæ parat numero frequentiore.  
Annus unicus hic recens creatos  
Senos è varijs dabit Lyceis  
Artium & sapientie Magistros:  
Linguis Moribus Artibusq; quondam  
Nostra quos schola preparavit omnes.  
Marpurgum dedit unicum, celebris

Binos

*Binos Julia, ceteros daturus*  
*SCHOSSEERUS celeberrimus Sophorum,*  
*Qua caelo caput explicat serenum*  
*Francofurdia clara, Marchicarum*  
*Formosissima sola Civitatum.*

*Hos ergo titulos honoris amplis*  
*Quos dudum meruit mihi probata,*  
*Quos dudum meruit probata iuultis*  
*Morumq; integritas amorq; recti,*  
*Linguarumq; scientia Artiumq;*  
*WULSTORPI cape fronte latioris*  
*STRESOVI cape fronte latiori.*

*Hos vobis titulos honoris ille*  
*Mundi Rector & Arbiter secundet;*  
*Hos vobis titulos honoris ille*  
*Mundi Rector & Arbiter perennet*  
*In laudem Patrie & suam perennet.*

**M. Petrus à Jhena Scholæ**  
**Servest. Senatoriæ**  
**Rector.**

---

*Aliud.*

**I**nunc, & Clario mercedem deme labori,  
Cujus congesto scrinia ab aere tument.  
Inunc, atq; sacras, cerdo, contemne camænas,  
Et Musis aliquid præmij inesse nega.  
Aspice ut ad summum conscendât culmen honoris,  
Quos juvit Musis incubuisse sacris.  
Aspice ut eximio decorentur nomine, quorum  
Cura fuit Clario subdere colla iugo.

**EQ**

Est bovis haud hominis dulces contemnere Musas,  
Arragonum Alphonsus rex velut ipse probat.  
Est doctrina ipso multò preciosior auro,  
Omnibus externis anteferenda bonis.  
Hinc qui Pieridum mitissima castra secutus,  
Ejus in æternum nomen obire nequit.  
Id quod præstantes Charitum testantur alumni,  
Tempora qui studiis multa dedere bonis;  
Atq; ex his magnam magno cum nomine famam  
Sunt nacti, studiis digna brabea suis.  
Queis per doctorum volitabunt ora virorum,  
Dum cœlum stellas, dum mare volvet aquas  
ô vos felices! ô fausto sidere natos!  
Cum redeant vestris præmia digna operis,  
Pergite in hoc stadio virtutem extendere factis,  
Præmia vos olim splendidiora manent.  
Pergite Palladias caput exeruisse per artes,  
Pergite in æternum hoc stat sine morte decus.  
Sic vestra æternis ascribet nomina fastis  
Posteritas, sic vos hîc & ubiq; canet,  
Et quæ nunc studiis peperistis nomina vestris,  
Sunt illo quo sol deperitura die,

*M. Martinus Cramerus*  
*Schola Servestana*  
*Corrector.*

  
ERNESTUS VVU(I)LSIORPIUS

*ἀναγραμματιοθεΐς*  
Serio nutu litus, superus.

*Non*

**N**on sorte quâ, sed morte solubili  
Subscude nobis fixe, sodalium  
Princeps, novenarum Sororum  
Creber amator Apollinisq̃:  
Artite varas tende manus, tuam  
Sortem saluta comiter osculo,  
ERNESTE, te ridente nutu  
Dextero & oscine contuentem,  
Hac vitulari lux jubet, hic dies  
Est consecrandus, digna laboribus  
Quo ferta, WULSTORPI, tot arctis,  
Digna q̃, consequeris brabea,  
Videre vafris anxia nisibus  
Dedisse Cauro carbasa, serio  
Nutu tetendisse ad petendum  
Litus, ovas superusq̃ factus.  
Noverca multos fors comitatur, &  
Ridet labores Sisyphios, petit  
Turpiq̃, conantes cachinno,  
Ac laribus vacuos remittit.  
Feliciori calce novemfili  
Turbae sacrati sacra cacuminis  
ERNESTE, longè verberasti  
Limina, passa minus curvis.  
Non obstiterunt sentibus obsiti  
Calles recurvis, difficiles gradus  
Nil scrupulosi nilq̃ duris  
Iactibus expositi obstiterunt.  
Feliciori lintre novemfili  
Turbae sacrati sacraq̃ fluminis,  
ERNESTE, longè transfretasti  
Litora, trita minus curvis.

B

Nil

*Nil te profundâ lama voragine  
Tentare dium flumen abhoruit,  
Exempla nil tot naufragorum  
Te remorata periclitantùm.  
Audere bullam scilicet obtinet,  
Audere perdit saepeq̃, pensior  
Sed fors ab audentùm stat usq̃  
Parte tamen, minus ab timentùm.*

*ERNESTE dives fenore dapsili  
Es nauta, claro quippe Magister  
Honore clarum clara claris  
Te Viadrina Viris salut at.*

*Euge ad Penates euge revertere,  
Caris saluterisq̃ Parentibus*

*Novus Magister, Fratres, carâ  
Atq̃ Sorore, sorore & istâ.*

*Congratulari, transiliam statim  
Et ipse clarâ Leucoreâ, tibi,*

*Ni veneris, non gratulabor,  
Teq̃ vocabo minus Magistrum.*

*Ex almâ V Vittebergensi mittit Musa gratulabunda  
Joachimi Flemingij Servest. Anhalt.*

---

ALIUD.

*Quis MUS Ælepidæ ferant coronas  
Lauri odoriferæ recens paratas,  
Dio fonte AGANIPPIDOS luisse  
Illos en labium decet, labore  
Qui gravi modò quæritur liquore  
Cujus PARNASIDES lavant lavandos,  
Cum Vos PEGASIDUM cactum altum  
Asperum salebris laborioso*

Ascen-

Ascensu superare fitis ausi,  
 Fonte sacro AGANIPPIDOS, levatâ,  
 Vos jam PIERIDES sacrae lavarint  
 EN DUX AONIDUM venit SORACTIS,  
 EN MUSÆ veniunt sua afferentes  
 Vobis munera digna, nunc ovate.  
 Vobis quod PYTHIUS daturus ornat  
 Munus, & decorat nitens honore  
 Æterno, capite, ô mei Sodales,  
 Victores, quod honoris est, habete,  
 Mitra tempora vestra jam coronet,  
 Quæ texta est manibus pijs SORORUM.  
 Gaudentes modò, Plaudite ô Parentes!  
 Gnatis, queis titulum labor paravit,  
 Gaudeas Patria his tuis MAGISTRIS,  
 Qui summum AONIDUM decus Sororum  
 O. PHOEBUS capita entheo sacrata!  
 Ecce pergite PHOEBUS est daturus  
 Vobis præmia dignora, tardet  
 Audentes mora nulla vos, fugetur  
 Anxius timor & pigri labores,  
 Esto vestra remota mens ab omni  
 Cura, Candida mens precatur illud.

*Elbardus Ellebracht Feverensis.  
 L.L. Studiosus.*

---

ALIUD.

**F**Orwerci, lepidum caput, venustum  
 Forwerci ingenium, suave fontis  
 Ascraei decus; ut capis labore  
 Crebro digna brabea, fers honores  
 Dignos ingenio, eruditione  
 Dignos, ordine splendido Viadri

B 2

Con-

Conferente; tibi dicere versum.

Huc viventis amoris indicinam.

Ambos firmiter inter ustulati

Olim, par fuerat politio rem.

Sacro Pegasei mibi liquoris

Pene obbrutuit at vigore vena.

Destituta suâ hætenus Sueta

[ Quondam beu! ] materie, meas ut hocce.

Vires dramate pristinas vel ausim.

Vix tentare, mei mibi nec ipsi

Possim fidere conscius valoris.

Quo nunc ordiar ergo finiamvé

Forverci, videarq; præfuisse

Amici officio, tibi Magistri

Honoresq; fuisse gratulatus?

Quid? si nullus, Adame, drama totum.

Ordier? nec idem tenerer ipsum

Sic finire? tibi placet? placebit

Et nobis, tibi sat? sat atq; nobis.

Sit ergo satis, at amen vovebo

Mecum plura jugiter. Magister

Et salve inter eâ & vale Magister!

Adamus Forvercius

Αδαμφορβεργκιου

Feror. Ivavi duc Musa.

**E**T tibi pileolus digno datur iste, mereris

Forverci ingenij sedulitate tui.

Sedulus ingenuas tractasti primitè artes,

Musa tua fovit, fovit Apollo rei.

Nomini idq; tui docuit transverso: suavi,

Duc, feror ad vestros impete Musa ehoros.

Impete Musa feror suavi vidisse profunda

Abdita Montis, aquas atq; bibisse sacras.

Vidisti ductus feliciter, alma bibisti

Flumina, desertur jam tibi dignus honor.

Gratulabundus mittit, quem nosti, tuus ex almâ Leucoreâ

Joachimus Flemingus S. Anbaldinus.

Aliud.

**T**urpe est emanfisse diu vacuumq; rediffe,  
*Mufarum Lumen Cbius Homerus ait.*  
*Quod vos follerti trutinastis mente Sodales*  
*Et mibi & Aonidum Triga adamata choro.*  
*Ergò diu patriâ vobis absentibus orâ*  
*Complacuit gravidis sic rediffe domum.*  
*Complacuit multo sudore Heliconâ, citatis*  
*Passibus impigrè montem adiiffe sacrum.*  
*Complacuit varios passim de cerpere flores,*  
*Artibus & mentes excoluisse bonis.*  
*Complacuit Sophiâ titulum retuliffe supremum.*  
*Testem Academiâ, signa Magisterij.*  
*Plaudite, Pieridum quos gratia larga beavit*  
*Plaudite Anhaltini chara juventa soli.*  
*O pleni Sophiâ patrios redeatis ad agros,*  
*Sicq; diu absentum sic rediffe decus!*

Apponebat  
Johannes Taschenbergerus  
Sereftâ-Anhalt.

---

Aliud.

**S**cilicet eximio applausu, qui castra sequuti  
Enthea sunt Sophiæ, & sapientum scita virorum  
Scrutati follerter, ii quoque præmia tandem  
Digna, ac exhausti Fructum antè laboris, **HONORES**  
Accipiunt, qui sunt Nomen Titulusque **MAGISTRI**  
Insignis. Vos quid mage tres ambire velitis  
Aut jam possetis? quid honestius? utilius quid?  
**FORVERCI** tu docte, mei pars altera cordis,  
Et tu **WULSTORPI** perdocte, **STRESO** que perite,  
Qui nempe ingenio & generi incrementa dedistis,

B 3

Imbu

Imbuti à parvo puero clariquè Lycæis.

Vos, inquam, planè indotatos semper abire  
Creditis? ô vestram subeant ne talia mentem.

Sic ait; Aonio & portat de vertice laurum,  
Laurum frondentem, cui lilia candida, myrti,  
Atq; hederæ, violæq; nitor, pallente corymbo,  
Haud deêrant, varioq; parat de germine fertum,  
Contextum mirâ vestro capiti iniicit arte, &  
Inquit, Iô læti maestiquè animo accipitote hoc,  
Secernat strepero quod vos à gurgite vulgi.

Vobis nunc ergò condignis talibus ecquis  
Auctis non faveat titulis & honoribus? Immò  
Ipse precor, vobis novus hic benè cedat HONOS, &  
Tempora vivatis longæva, superstite MUSA.

*Animo gratulabundo de properabat*

Christophorus Nettelbecius  
Bernburgo-Anhalt.



## CLIVS CONNUBIA

per Virtutem & Sophiam

Conciliata.

*Doctiss. Viris-juvenibus*

Dn. M. ADAMO FORWERCIO.

Dn. M. FRIDERICO STRESONI.

Dn. M. ERNESTO WULSTORPIO.

**N**on, quod vulgus ait, non sunt insignia fastus  
Signa Magisterij: non est audire Magistrum  
Bullatas voces capere, & proscenia laudis:  
Sed sunt doctrine, & virtutum insignia: signa  
Nobilis ingenij: Musarum præmia opima,  
Quæ ingenuos animos, oleum seu lampada pingue

*Affusum*

Affusum exhilarant : ad honesta exempla sequaces  
 Allectant : Sophiæ commercia sacra perennant :  
 Verum est doctorum trutinâ atq; examine recto  
 Explorare tuus genius quid ferre potis sit :  
 Est Victor scelerum , vitiiq; audire nefasti :  
 Ac veluti Æneas famâ super æthera notus  
 Per tot inexhaustos, infinitosq; labores  
 Promisso potitur Latio , optatq; hymenæis ;  
 Sic cui fixum animo , certum , immotumq; resedit  
 Scandere Parnassum Clius nancisci hymenæos ,  
 Et libertatem simul adservare subactam,  
 Plurima tentandum, desudandum , atq; ferendum.  
 Jam rabidi cordis venti affectusq; furentes  
 Diversum rapiunt mentem , turbantq; quietam :  
 His Animus Rector diæ Rationis ab arce  
 Imperat, & frenat, cordiq; coarctat in antrū.  
 Mox cursu medio , in sinuosâ ambagine mundi  
 Obviat ecce ! Venus , fallendi gnara Voluptas :  
 Virginis os habitumq; gerens, frontemq; serenans,  
 Sospitat : auxilium promittit : byssina verba  
 Eliquat : ast humeris habilis suspenditur arcus,  
 Hic Virtutis opus , penetrare cubilia fraudis,  
 Pellere pellecebras , validosq; obnitier ictu :  
 Affectam & Sophie protelo ducere telam.  
 Hinc si Lethæos lucus & inania regna  
 Transabiisse cupis superasq; evadere ad auras :  
 Aureus ille tibi carpendus ab arbore Ramus :  
 Scilicet hic , illud vitæ , Prudentia lumen  
 Quod cæcarc volunt animiq; ævig; tenebræ,  
 Altrè vestigandum oculis , & acumine mentis.  
 Post tantos casus merito cum præmia reddi,  
 Connubia & Clius sudore, & pulvere largo  
 Dotata exoptis : dirarum ab sede sororum  
 Invidia en ! præsto est : cui crimina noxia cordi,  
 Quæq; ausis invisâ bonis , papulas rimatur acutè  
 Corporis alterius , sua necphagedemica cernit.

Hinc

Huic adversa acies mentis mens conscia recti.  
Mascula sic tandem virtus doctrina triumphante  
Et decus & laudem portant: quam secula nulla  
Obfuscant nullus, rumpat licet illia Momus.

Tanta molis opus famam super aethera notum  
Virtutis studio & doctrina condere nomen!

O fortunatos! quibus caelestissime Apollo  
Indulget tantum: felix o terq; beata  
Triga es tu juvenum, quorum meliore metallo  
Format corda Deus, deformat doctus Apollo.  
Haut vanum certè de vobis distulit omen  
Mystica vis numeri: numero Deus impare gaudet:  
Tres olim Musas coluit laudata vetustas,  
Et ter tres Pierus sacravit in ordine cerno:  
Tres charites: triplex anima est in corpore virtus.

At vos instincti sancta virtute Triuni  
Tres animi vires Musis charitumq; corone  
Subditis: Harpyia hinc & Erinnyes agmina terna  
Geryonum triplici jugulatis robore: trina  
Hinc stygij effugitis Canis latrantia colla:  
Atq; trium ritu juvenum, flammis per & ignes  
Mundi arumnosi remeatis ad ardua caeli,  
Ad tria, tres comites quae suspirare, habitacula.

Macti ergo triplici vireatu adora honoris:  
Corpore tres, animam solide coeatis in unam:  
Per vos Sancta Trias avo celebretur in omni:  
Per vos & scelerum lappa jugulentur in herbâ:  
Per vos magmentum sentiscant litera & artes;  
Hec imis fibris, filo sed ducta soloci,  
Fundito vota: animo gemina his semperq; frequento,

In amicitiae stabilimentum,  
ulterioris benevolentiae invitamentum,  
perpetuae recordationis monumentum accinebat.

Joachimus Magirus Angrimundâ-Marchicus  
Humanitatis studiosus.

Id 4206  
g

ULB Halle

3

004 167 287



f  
56

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,  
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

10. Aug.  
Jul. 01

M







an 29

6 XXX  
Trine  
TRI SUOS FILIOS  
canti, ornanti  
RUM;  
MAGNIFICO.

DO VVEIDNE-  
Doct. & Prof;  
ubl.  
? Opt: Max:

SCHOSSERUS,  
etor: Prof: publ: Philoso  
Senior, Octavum  
canus,  
s juvenes  
ine & morum flore  
dicantes

VVERCIUM } Anhal-  
STRESONEM } tinos  
ILSTORPIUM }  
niæ crearet  
ISTORIS  
n: Oct:  
M. DC XIX.

Typis  
nnis Eichorn.

